



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VI. Quantum a jejuniis priscorum different nostra, jejunium quomodo
sanctificandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

fortior est, qui gulam expugnat, quam qui crumenam. Quod vel inde liquet: Dives si avarus non sit, stipem, quam erogat, non sentit; ab oratione quam fundit, aliquid suavitatis haurit, nec etiam sentit lucrosas vigiliis; sed certe sentit famelicum jejunium. Idcirco illud majoris est promeriti, quia moliminis ac tolerantiae severioris. Atqui scimus gratiam & gloriam pari passu progredi: quanto enim hic magis increvit gratia, tanto magis illic augetur gloria. Praesentem multiplicas gratiam? futuram amplificasti gloriam. De hoc Augustinus tam eruditè quam succinctè dixerat: Ieiunium, inquit, remedium est aut praemium, hoc est, aut indulgentiam peccatorum, aut praemium caelestis regni acquiri. Gratiam & gloriam promeretur.

Christus de praemio verba faciens: Tu autem, inquit, cum ieiunas, unge caput tuum, &c. & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. En jejunii merces. Idcirco

Basilii ad gratiam & gloriam ampliore promerendam excitans: Angeli sunt, ait, qui in singulis Ecclesiarum scribunt ac recensent capita jejunantium. Vide, ne ob brevem edentis voluptatem prioris Angeli recensione, & teipsum apud eum, qui recensuit exercitum, obnoxium facias desertoris criminis.

CAPVT VI.

Quantum à jejuniis priscorum differant nostras Ieiunium quomodo sanctificandum.

IVSSV divino Ioël ferias esuriales promulgans: Sanctificate, inquit, ieiunium, vocatè caturum, congregate senes omnes habitatores terrae in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum. Voluit nimirum Deus non jejuniari tantum sed jejunitum etiam sanctificari. Hujus praeconium fecit propheta (sanctificate jejunium) ut omnibus Dei voluntas innotesceret.

Iulianus Imperator, licet Christi sacris renuntiaverit, animo tamen Christianae temperantiae scintillas aluit; nam eunuchos, tonsores, coccos ad auxilium exturbavit. Et causam adjuvans: Eunuchis, inquit, mihi non amplius est opus, conjuge jam mortua. Vnicus tonfor pluribus sufficit. Cum nulla palato ardeant bellaria, cocorum turkam non desidero. Hic aliquid erat jejunii, sed jejunit non sanctificati.

De jejunio sanctificato differens Gregorius: Illud ieiunium, inquit, Deus approbat quod ad ejus oculos manus elemosinarum levat, quod cum proximi dilectione agitur, quod pietate conditur. Ut ergo verum sit jejunium, sit sanctificatum. Quomodo autem sanctificandum sit, dicemus. Prius tamen exponendum, quantum à prisco juniorum ritu recesserimus.

§. I.

PRIMUM discrimen inter superioris aevi & nostrum jejunium. Majores nostri die Mercurii, Veneris & in Occidente etiam sabbato, non tantum carnis abstinerunt, sed verè jejunarunt, idque quavis hebdomade toto anno. Quam facili nos lege vivimus, solo Veneris & sabbati die à carnis temperamus! Prisca consuetudinis testis Origenes: Habemus, inquit, Levit. 16. 10. quartam & sextam septimanae diem, quibus solemniter ex more veteri jejunamus. Vestigijs tam prisci moris in cœnobiijs remansit. Olim in Quadragesimâ, praesertim in hebdomade sanctâ, longè strictior servabatur abstinentia, quam hujus aevi admittat licentia. Olim etiam Adventus Domini quotidianis jejuniis celebrabatur.

2. Ieiuniis veteres jungebant vigilijs; nam noctu ad precandum in templo conveniunt. Chrysostomus locuples testis: Ecclesia Dei, ait, medius urget noctibus surge & tu. Romanus Antistes Leo jejunia quatuor

temporum concionibus frequentans: Quarta igitur, inquit, & sexta feriâ jejunemus, sabbato autem apud beatum Petram Apostolum pariter vigilemus. Nō toto jam anno, unâ solum alterâve nocte Nascens & Resurgens Domini aliquantulum vigilamus. Heu quam proficimus! Crebrè quidem sunt apud nos pervigilationes nocturnae, sed ad pocula, sed ad choreas, ad abacum lusorium & ad tesseras. Ceterum jejunia rara, vigiliae nullae.

3. Majores nostri jejunarunt pæne integro die usque ad horam vespertinam tertiam, imò temporibus primis usque ad sextam sub crepusculum ad primam faciem, praesertim quadraginta diebus venni jejunii. Sunt profectò etiamnum inter Christianos, tam in cœnobiijs quibusdam, quam in domibus profanis, qui priscum jejunandi ritum imitentur. Mos autem usitatus hoc ævo mitissimus est, sub meridiem circa undecimam horam, aut duodecimam cibos sumere. Quod quidem reipsâ prandium, solo nomine coena est.

4. Majores nostri semel dumtaxat de die curarunt se cibo, idque supra modum sobriè. Temperata fuerunt eorum modicæque potiones. Nōnullorum hodie lautior est refectiuncula, quam illorum fuerit unica cena. Nos prandium plenum accumulamus; vespersi, si quid prandio decessit, compensamus. Quam autem hoc tolerabile; nihil hic conquiri, legis severitatem neutiquam accusare possumus. Neq̄ refert si quam vesperi vel mane sentiamus esurient; sine his impendijs hæc sacra non constant; tantò enim major est vel plebei prandii voluptas, quanto moderatior vel nulla praecesserit cena.

5. Majores nostri non carnis solum, sed & lacte, ovis, caseo, imò etiam piscibus, omni aromate, vino, aquâ mulsâ, omnique potu, qui ebrium reddit, abstinerunt. Edulia illorum erant herbae & olera, cicer & lenticula, panis, sal, & aqua. Hoc omne fuit choragium mensæ. Chrysostronus frugalitatis hujus cathedram mentionem faciens: Que utilitas, inquit, cum avibus quidem & piscibus abstineamus, fratres verò mordeamus, & comedamus? Eodem sensu dixit Basiliius: Carnes non edis? à vino abstines? sed ab injurijs tibi non temperas. Ergo jejunantes tam piscibus quam vino carere voluerunt. Nos neutro caremus cum jejunamus, nisi paupertas id nobis persuadeat.

6. Majores nostri nullos vel certè paucissimos à jejunijs legibus solverunt. Nunc plurimis datur exceptio, & legis fit gratia, quam vel petunt, vel extorquent. De sui aevi jejunio Basiliius: Omnes pariter, inquit, avarijs edictum. Ne quis igitur semet excludat à numero jejunantium, in quo omne hominum genus, omnis aetatis, omnes dignitatum formæ censentur.

Tam rigidam priscorum abstinentiam considerantes, non sine ratione dicimus: Olim seria erant jejunia, nostra nunc jocus & ludus, umbra sunt jejunii. Sileamus ergo, & contenti nostris legibus vivamus; sed & hoc agamus, ut, quod abstinentiæ deest, orationibus & elemosynis sarciamus. Eam ob causam vociferatur Ioël: Sanctificate jejunium. Inedia corpus affligere, famem perferre solâ consuetudine, modicâ religione, pauperis oblivisci, injurias recoquere, jejunium est, sed non sanctificatum. Et istud hujus capitis pars altera est.

§. II.

PER Zachariam Deus olim queritur: Cum jejunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, numquid jejunium jejunastis mihi? Non placet Deo jejunium nisi sanctificatum. Paulus & Barnabas ceterique Christiani orant cum jejunatoribus. Anna prophetis obsecrationibus & jejunijs servit die ac nocte. Sanctificandum est jejunium. Nam qui cibus, ait Isidorus, Amos.



rus, non vitis abstinent; & mala agunt; demones imitantur, quibus culpa adest, & cibus deest. Saluberrima est præceptio, quasi Gregorius instillat illud Ieiunium Deus approbat, si hoc quod tibi subtrahis, alteri largiaris, ut unde tua caro affigitur, inde egentis proximi caro reparetur. Quod præclarissime Leo sapius inculcans: Nostri inquit, Ieiunium misericordis pauperum supplicamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat relectio pauperis, abstinentia Ieiunio. Sanctificate Ieiunium.

Petrus Chrylogus Ravennas Episcopus, quem crebrius hæc laudo, vir eruditissimus, eleganter Ieiunium sanctificationem ita explicat: Fratres, esurit Ieiunium, sicut Ieiunium vulget Ieiunium. Desicit Ieiunium, quod pietatis cibo non pascitur, quod potu misericordie non vigat, quod elemosina operimento non tegitur. Quod terris est ver, hoc scimus misericordiam esse Ieiunio. Istud re simili monstramus. Templum aliquis ingreditur, in eo pensilem argenteam lampadem metallo gravem, miri operis, sed oleo vacuam miratur & querit: Vbi cerebrum in capite tam pulchro? vacua lampades in templo inutiles, oleum illis & lumen sit coniunctum. Ita Ieiunium velut argentum affabre laboratum, sed oleum est elemosina, lumen oratio. Bona igitur oratio cum Ieiunio & elemosina: oratione potissimum & elemosina sanctificatur Ieiunium.

Hoc ille ipse, quem dixi, Chrylogus Ravennas pluribus locis confirmans: Abstinentia, inquit, est hominis prima medicina, sed ad plenam curam misericordie requirit expensas. Abstinentia extinguit febrem, sed arescunt membra longa febris incendio, nisi largo infundantur unguento, nisi blandissimis rigentur forpentiis, nisi juventur medicinae sumptu, ad integram sanitatem redire non possunt: sic Ieiunium quamvis excludat vitiorum morbos, carnis ampuer passiones, criminum causas propellat, rapen sine misericordie unguento, sine pietatis rivo, sine elemosina sumptu, perfectam salutem mentibus non reponit. Ieiunium sanat vulnera peccatorum, sed cicatrices vulnerum sine misericordia non emundat.

Audi Dominum dicentem: Date elemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Ieiunium singulari cultu, evellit vitia, eradicit crimina; ad fructus bonos agrum parat & mentis & corporis: sed nisi misericordie jecerit fundamenta, non serium est studium Ieiunanti. Ieiunium est sanctitatis hostia, sacrificium castitatis, sed sine misericordie incenso ad divinum non potest convehitum in odorem suavitatis ascendere. Quod anima est corpori, hoc misericordiam constat esse Ieiunio: quando Ieiunium ex misericordia vivit, tunc vivificat Ieiunantem. Ieiunium, virtutum navis, portat quæstum vitæ, lucrum salutis advehit. Sed qui intrat carnis pelagus, scindit vitiorum fluctus, inter scopulos criminum transit, præterit littora passionum, nisi citò portum pietatis intraverit, exercere virtutes non potest, lucrum non potest habere virtutum. Ieiunans sine miseratione est ager cultus sine semine. Ager cultus caret sentibus, vitæ gramina, evadit torum, quod est negligentie, quod est squaloris: sed sicut sine semine fit sterilis, ipso cultu fructum non dat, dat laborem, & ad bonam frugem non valet pervenire: Ieiunans ita excolit animam, purgat sensus, cor mundat, abscondit vitia, eradicit crimina, dat menti cultum, corpori dat decorem, sed sine misericordia ad fructum vitæ non pervenit, ad salutis premium non vadit. Quod est sine rege aula regia, hoc est sine largitate Ieiunium. Aula regis fulget auro, nitet marmore, picturis splendet, grandescit spatibus, levatur culmine, amoenatur viretis, ipso terribilis est secreto: sed sine rege honorem non habet, caret gloria, est vacua solitudo, est clausa eremus, est horribile desertum: sic Ieiunium luget innocentia, radiat castitate, fulget actu, pingitur moribus, incessu micat, magnificatur ornatu: sed sine misericordia gloriam non habet, mercede caret, palmam non tenet, perdit fiduciam supplicandi, impetrandi meritum non capefit. Sanctificate Ieiunium.

Siracides hominem liberaliter & plus æquo epulantem instruens: Si coactus fueris, inquit, in edendo multum, surge in medio & vomite, & refrigerabit te, & non adduces

corpore tuo infirmitatem. Quid hoc Siracide? num mores isti civiles & venusti, non queram an religiosi, & mensa surgere, & cibo viam, quam relegat, patefacere, ac vomitu exonerare corpus? Quis sibi persuadeat sapientissimum Ecclesiasticum totaures præceptionibus abundantem, tam incultos mores tantopere probasse? Interpretem quidite urbanissimum Gregorium Nazianzenum, qui vomitum illum eleganter explicans: Qui illucis, ait, indolgetis, aliquid genio & ventri subtrahite, ac spiritui date. In propinquo est pauper; orphanum succurre; in hunc aliquid eorum que tibi redundavit, eructa & vomite. Cur atque vestrum premitur, tu eructate, ille fame? tu capula, ille inedia. Ne Lazarum tuum hinc asperneris. Haud aliter Paulus de Palatio interpretis Ecclesiastici: Pulchrum, inquit, consilium habent divites ad Ecclesiastico, ut si multum divitiarum devoraverint, in pauperes evomant. Idem cuius peccatorum dices, ut si multa peccata devoraverit, ea in exomologesi evomat. Ita in hac vita se refrigerabit, & in futurâ languorem inferni minime sentiet.

Ergo agite vos, quicumque opulenti, pecuniarum non modicum ingurgitastis; penora vestra & mensa vestra & mansupta vestra redundant. Surgite, & crumena vomitu sollicitate, eructate aliquid in pauperes; reddant oculi nummorum partem, quos haulerunt. Hæc beati Leonis crebra fuit concto: Esuriamus paululum, dilectissimi, & aliquantulum quod iuvandis posse prodesse pauperibus, nostra & consuevit dmi subtrahamus. Sanctificate Ieiunium. Abstinentia orationi & stippi juncta virtutum omnium post se choreas trahit.

III. Non autem de solâ loculorum elemosynâ, sed de illâ etiam, quam spiritalem vocant, loquimur. Hæc in eo consistit, ut alter alteri promptam injuriam veniam condonet, faciatur gratiam culpæ. Quid enim juvet, si excludam stomacho escam, & animo recipiam invidiam, odium, vindictam? Hoc profectò non est sanctificare Ieiunium, sed maculare.

Conradus Imperator Francus, Alberto Crantzio teste, Henricum fratrem Sveciæ Ducem admodum rebellem & refractarium expertus: Ergo, inquit, si alter imperium tuum non possum, nisi ferro, experiamur Bellonæ aleam, congregemur. Congressi sunt Henricus Dux victus, & Sveciâ expulsi in Pannoniam fugiti, ad affinem suum regem Stephanum. Non placuit regi contumacia tam aperta & maligna. Satuit ergo affini hanc culpam efficaciter: sed modestè proponere noscendam. Igitur die Parasceves imperat carnes inferri mensæ. Cohortuit Dux Henricus ad tale obsonium tali die. Cui suavitè & amice rex Stephanus: Minus, inquit, mali esse arbitror, hoc die carnibus vesci, quam fratri contumaciter rebellare. Benevolam auditorem reperit hoc genus moniti. Sibi dictum audit Dux Henricus, & cum Imperatore Conrado fratre in gratiam redit.

Hic ego cum Basilio illud opportunè repetierim: Carpem non comedis, & comedis fratrem? Bove abstines, & ab invidiâ & vindictâ non temperas? cultrum coquinarium nec in gallinas, ec in vitulos, nec in boves expeditimus, & gladium adversus fratrem stringimus? Frustra est, & Christiani, fames, frustra Ieiunium & abstinentia, frustra sunt & vanæ religiones nostræ, quamdiu hunc invidiâ, hunc odii & vindictæ cultrum iratâ manu gerimus. Non sanctificat hoc Ieiunium, sed maculat. Insigniter hæc de re Augustinus Dies isti sancti, ait, quos agimus in observatione Quadragesimæ & commonent nos de fraternâ concordia loqui vobis, ut quicumque habet adversus alium querelam, sinit, ne sinitur. Dic ergo: Dimitte nobis debita nostra. Sed quod loquitur, vide, Noluisse enim dimittere peccatum fratri tuo, & dicitur v. 12. et, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. An non

Greg. ho. 16. in Evang. m. i. pag. 38.
Leo serm. 2. de Ieiunio dicens m. 5. f. 5.
Vizit anno 440. scripsit sermones 176.

Tob. c. 12. v. 8.

Petr. Chrysol. ser. 4. 1. med. & ser. 42. mibi p. 111. & 113.

Luc. c. 11. v. 41.

Ieiunium sine misericordia ad divinum aspectum non potest ascendere.

Ecclesi. c. 31. v. 25.

Paulus de Palatio interpretis Ecclesiastici v. 10.

Leo serm. de Ieiunio.

III.

Aug. de Civitate Dei lib. 1. cap. 23. pag. 157.

Matth. c. 23. v. 12.

es dicitur? si non es dicitur, nihil es accepturus; si autem dicitur, falsum es dicitur. Ergo dic, & verum dic. Quomodo dicitur es verum, qui fratri tuo noluisse laxare peccatum? illum admonui, modo consulo. O quisquis es, si tamen es, qui dixisti fratri tuo, Dimitte mihi, quod in te peccavi: si dixisti ex toto corde tuo, si vera humilitate, non sit a charitate, quomodo Deus videt in corde, unde dixisti; sed ille misit tibi dimittere, noli esse sollicitus. Serui estis ambo, habetis Dominum: confesso tuo debes, noluit tibi dimittere, interpellat Dominum amborum. Quod tibi dimiserit Dominus, si potest, exigat servus. Dico aliud, admonui ergo eum qui noluit dimittere fratri suo, cum petat ille dimitti sibi, ut faciat, quod volebat, ne quando orat, non accipiat quod desiderat. Admonui & illum, qui petivit veniam peccati sui a fratre suo, & non accepit: ut in eo, quod non impetravit a fratre suo, securus sit de Domino suo.

Mellissimus Bernardus illam Ioel's promulgationem expendens: *Quid est, inquit, carum vocare? unitatem servare, diligere pacem, fraternitatem amare. Ieiunium pharisaei seipsum laudantis, unam tantummodo aliam habuit orationem & gratiarum actionem. Imo nec hanc quidem. De hoc Augustinus: Quid rogavit Deum, inquit, quare in verbis eius, & nihil invenies. Ascendit orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, insuper & roganti insultare. Ceterum non vocavit Pharisaeus, fraternitatem non amavit. Bis quidem in sabbato ieiunavit, sed omnem jejunii vim perdidit, cum illud malus coluber sibilaret: Non sum sicut ceteri hominum: velut etiam hic publicanus. O serpens! non tantum ieiunandum, sed etiam orandum, sed etiam, si quid offensus es, condonandum. Dic, o pessime orator, dic: Sum sicut ceteri hominum, & peior ceteris. & hoc ipse publicano requirit. Tu quidem de datis decimis multa blateras; quid de collatis elemosinis, quid de iniuriis permittis habes dicere? Num vocasti ceterum, num pacem dilexisti, num fraternitatem amasti? Hic vir esto, sed agendo, non loquendo.*

Præclarissime dixit Augustinus: *Quid prodest abstinere a carnibus, & malignis oblectari, si fratrum membra lacerare? Quid prodest, si abstinemus ab his quae aliquando licent, & faciamus illa quae nunquam licent? Ergo sanctificate jejunium.*

CAPUT VII.

Quam diversa sint jejuniorum genera.

AMATOR paupertatis integerrimus Franciscus Assisias inter primos socios Iuniperum numeravit, virum exactè religiosum, nec minus tamen hilarem ac facetum. Fuit ut omnes ex eo coenobio foras exirent in pagos precarium victum collecturi; solus domi Iuniperus relictus tuendis ædibus. Ea occasio mirabilem homini cogitationem subiecit. Raptim ex urbe opsonii aliquid corrogavit. Liberaliter datum. Ita carnes, ova, caules, gallinas, caeseos, iac, butyrum, cicer & fabas domum retulit. Mox lebetem quam potuit capacissimam accepit mutuum, in hunc omnia planè, quæ precario congestit, gallinas cum plumis, ova cum testis, fabas cum folliculis, caeseos cum crustis, carnes non lotas, caules non sectos, mixturam horribilem, sed simul ridiculam conjecit; affudit aquam, substruxit ignem tamquam pulmentum Xerxis copiis cocturus. Vbi domum alii redierunt, unus attentior novum coquendi genus obstupescens, ad id spectaculi vocavit & ceteros, ut rem, quæ fieri posset, absurdissimam suis ipsi oculis arbitrarentur. Iuniperus hoc accursu non territus. Videte, inquit, mei fratres, rem sanè conmodam; ut orationi tantò contentius vacare liceat, ego hic quod in quatuordecim dies sufficit, coxi. Coenobii Antistes, asperè ho-

Aminem tractans, ut malè prodigum & paupertatis violatorem, verbis insigniter multavit. Iuniperus ad pedes patris provolutus veniam rogavit. Alii quidem putabant nondum hac multà satisfactum, & levius, quam par erat, hanc absurdissimi coxi audactam esse punitam. Sed Antistes placidè: Toleremus factum, ait, & exculemus. Non coxit quidem hic frater, quo mensa gaudere, sed quo religio. Ex hac coctura profuit Humilitas. Hanc suo bono, nostro autem abstinentiam paravit. Non mala sunt hæc fercula, si palatum inveniant non iniquum.

Quemadmodum autem varium profus coquendi, ita planè diversum est jejunandi genus. Reperias homines qui pejus ac imperitius jejuent, quam coxerit Iuniperus. Assignemus igitur discrimina jejuniorum. Quindecim minimùm invenio. Aliud namque jejunium voces Leoninum, aliud Mammonicum, Pharisæicum aliud, &c. Omnia ordine hoc & sequenti capite recitabo.

§. I.

I. Ieiunium Lupinum aut Leoninum. Lupus & Leo cum suo se pabulo avartere refererunt, aliquot diebus à pastu dicuntur temperare. Nec infrequens est, ita aliquos se cibo vinoque dnerare, ut videatur in aliquot dies suffecturum. Hinc cum luce postera reditur ad mensam, & queritur, quas dentibus indixerint ferias, cur non edant? Plerumque caput fricat, & languidè respondent: Hem nimium heri aliorum saluti libavimus, hinc minimè salvi sumus hodie. Fastidium cibi est, non debet esse. Stomachus languet, caput dolet, amaror fauces occupat. Hinc jejunium, sed Lupinum, sed Leoninum. Vel toti triduo satis voratum est. Subit memoriam expeditio Bohemica, cum Serenissimus Bavarie Elector Maximilianus Austriam & Bohemiam armis in potestatem Cesaris redigeret, ego dum castra sequor, in Græcæntain arce nobilissimam militem ad portas excubantem observavi, qui protervia militari: Me malus genius, inquit, abripiat, ni triduum aut quadriduum inediam fero, si prius semel largius me invitavero. Quadruiduanum hoc jejunium est quidem prolixum, sed Leoninum.

Sunt alii, qui ad prandium cenæve opiparam invitati famem ideo colligunt, ut eò differant, tantò lautius cenaturi, quanto ventrem attulerint capaciterem. Sunt qui diebus jejuniolis, ita piscibus & esculentis aliis sese fariant, ut ventrem habeant pro tympano; aut ita se vino sepeliant, ut in horas plurimas nullam famem sitimque sentiant. Isaias & Zacharias contentè vociferantur: *Numquid tale est jejunium, quod elegit Dominus? numquid jejunium jejunastis mihi?*

II. Mammonicum jejunium, seu avarum. Sunt qui divitiis Crassum superent, & nesciant quid faciant auro, nihilominus parsimonia illaudabili non virtuti esuriunt, sed tenacitati. Et en speciem convivii quod struxit avaritia. Suum vir ditissimus cognatum invitatar, præter ceteram ferculorum seriem, quam facillè conjicies, ovum sed unum atque unicum apposuit cum dicto: Heus cognate, manum admove; hoc ovum forbeamus intinctibus alternis. O sordes Euclionis erubescendas! Hoc non Deo, sed Mammonæ aut Pluto jejunare est. Sed certè condus quærit promum; & Comici vaticinio: *Quod ille compar sit miser, id alii universum abripiant.* Abstinentiam hanc miserabilem Ecclesiastes deplorans: *Est & aliud malum, inquit, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus divitias & substantiam, nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.* Hi tales sordidissimi jejunatores, non pomum, non pirum, non alios fructus comedunt recentes, sed putri-

Guardia

Quindecim

I. Ieiunium

Græcæntain

Isaias & Zacharias

v. 5.

II. Mammonicum.

Terentii.

Ecclesi. c. 6.

v. 1. & 2.

MARE IN LIBRO CA

LIBRARIUS